ὅσῳ ἀξίωμα οὐδὲν ἔχουσιν· ἐκεῖνοι δέ. διὸ καὶ μένουσί τινα χρόνον· οἱ δ' ἠπατημένοι, ἐὰν γνῶσιν ὅτι ἕτερον, ἢ ὑποπτεύσωσι, φεύγουσιν· ὅπερ οἱ Ἀργεῖοι ἔπαθον περιπεσόντες τοῖς Λάκωσιν, ὡς Σικυωνίοις. οἵ τε δὴ ἀνδρεῖοι εἴρηνται ποῖοί τινες, καὶ οἱ δοκοῦντες ἀνδρεῖοι.

A habent ſui exiſtimationem: illi habent. vnde etiam aliquandiu manent: hi verò decepti ſi vel cognouerint aliud quid eſſe, vel ſuſpicati fuerint, fugiunt. Id quod Argiui fecerunt, cùm in Laconas quaſi eſſent Sicyonij, incidiſſent. Quales igitur ſint fortes viri, & qui videantur fortes dictum iam eſt.

Κεφάλαιον ιβ.

Περὶ θάρρη δὲ καὶ φόβους ἡ ἀνδρεία οὖσα, οὐχ ὁμοίως περὶ ἄμφω ἐστίν, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά· ὁ γὰρ ἐν τούτοις ἀτάραχος, καὶ περὶ ταῦθ' ὡς δεῖ ἔχων, ἀνδρεῖος μᾶλλον, ἢ ὁ περὶ τὰ θαρραλέα. τῷ δὴ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν, ὡς εἴρηται, ἀνδρεῖοι λέγονται· διὸ καὶ ἐπίλυπον ἡ ἀνδρεία, καὶ δικαίως ἐπαινεῖται· χαλεπώτερον γὰρ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν, ἢ τῶν ἡδέων ἀπέχεσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ δόξειεν ἂν εἶναι τὸ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τέλος ἡδύ· ὑπὸ τῶν κύκλῳ δὲ ἀφανίζεσθαι· οἷον καὶ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται· τοῖς γὰρ πύκταις τὸ μὲν τέλος ἡδύ, οὗ ἕνεκα, ὁ στέφανος καὶ αἱ τιμαί· τὸ δὲ τύπτεσθαι, ἀλγεινόν, εἴπερ σάρκινοι, καὶ λυπηρόν, καὶ πᾶς ὁ πόνος· διὰ δὲ τὸ πολλὰ ταῦτ' εἶναι, μικρὸν ὂν τὸ οὗ ἕνεκα, οὐδὲν ἡδὺ φαίνεται ἔχειν. εἰ δὴ τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ περὶ τὴν ἀνδρείαν, ὁ μὲν θάνατος καὶ τὰ τραύματα, λυπηρὰ τῷ ἀνδρείῳ, καὶ ἄκοντι ἔσται· ὑπομένει δὲ αὐτά, ὅτι καλόν, ἢ ὅτι αἰσχρὸν τὸ μή. καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ, μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπηθήσεται· τῷ τοιούτῳ γὰρ μάλιστα ζῆν ἄξιον, καὶ οὗτος μεγίστων ἀγαθῶν ἀποστερεῖται εἰδώς· λυπηρὸν δὲ τοῦτο. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀνδρεῖος, ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον, ὅτι τὸ ἐν τῷ πολέμῳ καλὸν ἀντ' ἐκείνων αἱρεῖται. οὐ δὴ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς τὸ ἡδέως ἐνεργεῖν ὑπάρχει, πλὴν ἐφ' ὅσον τοῦ τέλους ἐφάπτεται. στρατιώτας δὲ οὐδὲν ἴσως κωλύει μὴ τοὺς τοιούτους κρατίστους εἶναι· ἀλλὰ τοὺς ἧττον μὲν ἀνδρείους, ἄλλο δ' ἀγαθὸν μηδὲν ἔχοντας· ἕτοιμοι γὰρ οὗτοι πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸν βίον πρὸς μικρὰ κέρδη καταλλάττονται. περὶ μὲν οὖν ἀνδρείας, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· τί δ' ἐστίν, οὐ χαλεπὸν τύπῳ γε περιλαβεῖν ἐκ τῶν εἰρημένων.

CAPVT XII.

B QVamuis autem circa fiducias & timores verſetur fortitudo: non ſimili modo tamen in vtriſque, ſed in timendis rebus magis ſpectatur. qui enim in his imperturbatus fuerit, ſicútq; debet ſe geſſerit: is magis eſt fortis, quàm quæ in illis, quæ fiduciã afferũt. Tolerandis igitur moleſtis rebus homines, ſicut dictum eſt, fortes dicuntur. vnde etiam moleſta res eſt fortitudo, & meritò laudatur, quippe cùm C moleſta ſuſtinere, quàm à iucundis abſtinere difficilius ſit. Veruntamen fortitudinis finis iucundus quidem eſſe videri poteſt, ſed obſcurari tamen ab iis, quæ circum ipſum accidunt: quemadmodum in gymnicis certaminibus euenit. Pugili enim iucundus ſanè finis eſt, cuius cauſa agit, coronæ videlicet & honores: verbera verò, cùm ſit carneus, dolorem afferunt: atq. omnis demũ labor moleſtus eſt. quia D autẽ hæc multa ſunt, finis ipſe cuius cauſa certamen ſubiit, parua res cùm ſit, nullam in ſe habere iucunditatem videtur. Si igitur circa fortitudinem idem eſt, mors & vulnera moleſta quidem erunt forti viro, & inuito contingent: ſuſtinebuntur tamen, quia id facere honeſtum, non facere turpe eſt. Ac quo magis omni virtute ornatus, & felicior fuerit, eò magis ob mortem dolebit: quippe cùm eiuſmodi vir maximè dignus ſit, qui viuat: maximíſque E bonis ſciens priuetur: quod dolorem affert, nihilo minus tamen fortis erit: & fortaſſe etiam magis, quia honeſtatem in bello omnibus his anteponit. Non igitur in omnibus virtutibus ineſt, vt cum iucunditate operemur: niſi quatenus finem ipſum attingimus. Nihil autem fortaſſe prohibet, quin milites optimi ſint illi, qui non modò tales, ſed etiam minus fortes, & nullo alio bono præditi ſunt: hi enim F prompti ſunt ad pericula obeunda, vitámque cum paruo lucro commutant. Ac de fortitudine quidem hactenus dictum ſit, nam quid ea ſit, ex antedictis figura quadam comprehendere non eſt difficile.